

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eilhard Lubin Petrus Boethius

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro
: Septima, Quid Ethnici Sapientes De Ortu Mundi Senserint**

Rostochii: Reusnerus, 1601

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756643376>

Druck Freier  Zugang



R U. Theor.
Lubinus, Eilh.
Disp. de veritate relig.
christianae 1-24.
1602:03.
1601-1602

Contenta:

①	Frid. Crispius, De venturo religione christiana	I	
②	Dav. Reoxilius, De ver. rel. chr.	II	1601
③	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr.	III	1601
④	Joh. Speculum, De ver. rel. chr.	IV	1601
⑤	Abr. Dantrot, De ver. rel. chr.	V	1601
⑥	Th. Frisius, De ver. rel. chr.	VI	1601
⑦	Pet. Boethius, De ver. rel. chr.	VII	1601
⑧	Boc. Regius, De ver. rel. chr.	VIII	1601
⑨	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr.	IX	1601
⑩	Joh. Wataham, De ver. rel. chr.	X	1601
11	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr.	XI	1602
12	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr.	XII	1602
13	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr.	XIII	1602
14	Frid. Crispius, De ver. rel. chr.	XIV	1602
15	Dav. Reoxilius, De ver. rel. chr.	XV	1602
16	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr.	XVI	1602
17	Th. Frisius, De ver. rel. chr.	XVII	1602
18	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr.	XVIII	1602
19	Joh. Frisius, De ver. rel. chr.	XIX	1602
20	Pet. Boethius, De ver. rel. chr.	XX	1602
21	Anc. Nicolai, De ver. rel. chr.	XXI	1602
22	Joh. Wataham, De ver. rel. chr.	XXII	1602
23	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr.	XXIII	1602
24	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr.	XXIV	1602

7

Disputationum DE VERITATE RELIGIONIS

CHRISTIANÆ,

*EX P. MORNÆI, DE
EADEM LIBRO,*

Septima,

QVID ETHNICI SAPIENTES
DE ORTV MVNDI SEN-
SERINT.

Quam
DEO DVCE ET AVSPICE
PRAE S I D E
EILHARD O LVBINO,

*In alma Rosarum Academia defen-
dere conabitur*

PETRVS BOETHIVS
V. Hollatus.

Hora & loco consueto.

ROSTOCHII
Exprimebat Christophorus Reusnerus,
ANNO M. D. C. I.



ΣΥΝ ΘΕΩ.

DISPUTATIO SEPTIMA,
QVID ETHNICI SAPIENTES
DE ORTV MUNDI SENSERINT.

I.

 Thnici Sapientes, quo antiquiores & initio mundi viciniores, hoc clarus etiam & evidenter mundi ortum credunt & fatentur.

2. Antiquissimus inter illos Hermes de ortu mundi non solum eadem cum Mose sentit, verum ijsdem etiam verbis cum illo ferè loquitur, nimirum cœlum, terram, elementa, herbas, omnis generis animalia, à Deo esse condita, Hominem ipsum Dei omnipotenti verbo ad imaginem Dei esse creatum, singulisq; generis propagationem esse inditam.

3. Nec dissentit Poëtarum antiquissimus Orpheus, qui Deum ex Chao mundum (in thesauris infinitæ Sapientiæ Dei ab æterno repositum) & cum mundo tempus ex merâ bonitate produxisse disertè fatetur, peculiaremq; de mundi creatione librum scripsit.

5. Idem etiam senserunt Empedocles, Anaxagoras, Parmenides, Hesiodus, Homerus, Æschylus, Sophocles, Euripides, Aratus, quorum in hanc sententiam plurima egregiè dicta citari possunt.

6. Pythagoras mundum à Deo conditum, sed Dei virtute incorruptibilem fore censuit, ut & Archytas discipulus ejus apud Iamblichum, hominem à Deo compositum demonstrat. Thales etiam Deum ex aquâ omnia condidisse adfirmat, Timæus Locutus cœlum creatum cum tempore cœpisse.

Plato, teste Aristotele, Plutarcho, Alexandro Aphrodi-

phrodisæo, &c. mundum creatum & corruptibilem esse,
sed Dei virtute nunquam interitum esse perpetuo do-
cuit, ut in Atlantico, Tymæo, Politico de Repub. alijsq;
locis pluribus videre est.

8. Vanissimus autem Proclus dum illi aliam opinio-
nem æternitatis mundi adfingere conatur. Qui sicubi
mundo infinitatem attribuat, ex more vulgi diurnam
aliquam & parum cognitam antiquitatem intelligit,
quam in mundo suspicatus esse facile demonstrari potest.

9. Aristoteles ferè primus contra majorum fidem,
& auctoritatem mundum ab æterno fuisse statuebat;
ignorantia nimirum æternitatis ductus, quam ipse perpe-
ram tempus principio & fine carens, nos rectius vitam
infinitam præsentem, simul totam, & perfectam in Deo
immutabili & immobili definimus.

10. Quod ergò contendit æternum motorem ab æ-
terno movere mundum, concedimus verum esse ratione
Dei, non a. ratione Mundi, qui in & cum tempore cœpit
moveri, & quia movetur terminum à quo motus sui prin-
cipium habet.

11. Ex temporis etiam & motus continuitate æter-
nitatem elicere nequit, cum sic omnia, quæ continuo
moventur æterna essent. Et alias tempus & motus nu-
mero proportionentur (qui infinitus esse nequit) & flu-
xa sint, in futuro & præterito, cum æternitas sit fixum,
præsens & totum.

12. Nec Deus cum mundum condidit habitu muta-
tus est. Sic n. cum quotidie multa nova faciat, quotidie
mutaretur. Non enim si quid novi fecit ratione Dei aut
æternitatis id novum est, sed ratione mundi & temporis.
Cum in æternitate præsenti vetus & novum non sit. Et
alias vel ipso Aristotele teste, Deus sit ultra omnem mun-
dum

dum omne tempus nulli rerum creatarum affectioni
subjectus

13. Quod etiam ait in cœlo ab omni hominum me-
moria nullam mutationem observatam, esse Dei domici-
lium, dici æthera, quod semper currat, & hinc æternum
asserit, stupidum est. Sic enim & nos veribus & Eph-
emeris animalculis æterni videremur. Quin & cælum in
fluxu & mutatione est perpetua, nec Deus æterna mens in
illa ut domo corporeâ habitat, illoq; indiget, cum ipse si-
bi sit omnia. Et alias cælum, quatenus currit & movetur
terminum à quo motus sui initium indiget.

14. Cum autem mundum æternum, & tamen à Deo
dependere afferit, contraria afferit. Si enim Deus mundi
efficiens est, aliquam essentiam à se diversam & potentio-
rem ante se habet, & sic æternus non est. Sin vero Deus
mundi finis, ad illum finem dirigitur per prudentiam &
voluntatem aliquam, à quā tanquam priori & potentiore
esse mundi dependet, & neq; sic æternus est.

15. Nec, ubi tria naturalium rerum principia ponit
sibi satis constat. Vbi enim principia nulla ibi æternitas
ut nec ubi est vicissitudo ortus & interitus. Ut jam non
quæram quomodo principia dici possint materia & pri-
vatio quæ essentiæ non sunt.

16. Nec magis sibi constat, cum ait parva & ma-
gna animalia & homines ex ordinarijs, aut majoribus
aeris & temporis mutationibus ex astrorum conjunctio-
ne obortis producta esse. Astrorum n. motus principium
indicat. Cumq; conjunctiones illæ simul non sint neq;
tempus cum omnibus sui partibus simul sit, ab æterno
esse non possunt.

17. Idem sequitur, cum ait naturam individua perpe-
tuare non potuisse, sed speciem. Item homines initio in-
du-

silvis & lustris degentes magnorum virorum auctoritate
collectos esse.

18. Cum etiam pijs beatitudinem in contemplatione æternæ naturæ, quæ hic esse non potest, pollicetur; animasq; hominum immortales statuit, æternitatem mundi prorsus evertit.

19. Si enim cum mundo animæ essent, non se momentaneis corporum carceribus sponte mancipassent; sed nec, nisi à superiore potuissent cogi, & sic æternæ non essent. Essent etiam actu infinitæ animæ numero. Vel si certus esset numerus, illæ juxta damnatam Aristoteli Pythagoricam Metempsychosin, circulatione in corpora alia atque alia continuo migrarent, vel solutæ à corporibus, futura corpora animis destituerent.

20. Et si rursus æternæ quo sum immortalis vita pollicitatio, cum æternitati nihil possit addi?

21. Vnde sequitur vel ex Aristotelis rationibns animas à Deo esse. Cujus simplicissimæ essentia radij cum non sint, ut pote mutabiles & affectionibus pravis obnoxiae, sequitur ut Deo posteriores divinæ potentia effectus sint. Quæ si cæperunt, multo magis illa cæperunt quæ animis certo modo inserviunt, mundana omnia.

22. Deniq; Aristoteles, multis in locis sententiam suam mutavit. Libro enim de Mundo, si verè ejus auctor est prorsus contrarium assertit, in Metaphysicis Deum auctorem animalium, naturæ, mundi, atq; ordinis ponit, in libro de Mirabilibus terram initio aquis obrutam fuisse, fatetur, adeoq; pluribus locis, etiam dum pro æternitate disputat, talia Axiomata stabilit, quibus mundi æternitas funditus evenerit.

23. Latimi Philosophi præcipue Platonici fuerunt. Inter quos Cicero & Varro disertè mundum cœpisse confitentur, cum quibus Seneca & Macrobius conspirant. Plinius autem licet in Præfatione mundum æternum esse dicat, in Historiâ tamen naturali dum rerum inventores recenset & colonias hinc inde per orbem deducat, mundum paullatim deficere, staturam hominum decrescere, refert & confitetur, mundi initium non obscurè demonstrat.

A

Sub

24. Sub adventum autem Christi ob miracula illa plurima in cœlo, terrâ, & mari, quibus nova multarum rerum creatione, creatoris Dei omnipotentia manifestabatur, Doctrina hæc de Creatione mundi à Philosophis recepta & inde ad omnes mundi populos Græcos, Arabas, Persas, Armenios, Turcas, propagata est.

25. Philosophi posteriores Platonici in disputatione de mundo ad Aristotelis sententiam transferunt, Deum quidem esse priorem mundo, sed ordine tantum & ratione non autem tempore, ut si Sol æternus esset, essent etiam æterni ejus radij. Quibus paucis respondeo radios individuè essentiæ Solis adhærere: Mundum autem vel Platone teste esse corruptibilem, & ejus partes plurimas per corruptionem quotidiè à Deo separari.

26. Interim ita de mundo disputant, ut Aristotelis rationes, tanquam nullius momenti reijciant, & mundum cœpisse volentes nolentes fateantur.

27. Plotinus certe illorum pœcipiūs cœlum terram & animalia fluxa esse & transire, cœlum imbecillitate interiori labefactari & terrestribus diurnius tantum esse, æternum impropiè dici, tanquam alijs durabilius, voluntateq; quando Deus voluit cœpisse & contineri.

28. Æternitatem in mundo intelligibili Deo ponit, tempus vero in mundo hoc sensibili residere & cum mundo cœpisse adfirmat. Illum vocat naturam immutabilem, quæ simul tota vita infinita sit, & in æterno præsenti. Tempus vero motum, prius & posterius, non simul totum, & idem fluxum, æternitatis imaginem, ab anima mundi productam, & post æternitatem cœpisse.

29. Idem ait, cum adfirmat Deum ante mundi creationem maxima exsecutum & merum actum esse, mundum providentiâ Dei regi, animas immortales esse, ante mundum Chaos fuisse, materiae teñebrae, & non Ens, cui infusione animæ mundi inspirata sit vita & motus astris, plantis, & animalibus.

30. Porphyrius ait Intellectum Dei filium æternâ nativitate ab æterno à Deo prognatum esse & natura quidem, mundum vero minorem filium in tempore, voluntate divina cum Deo visum fuerit productum.

31. Proclus etiam & Simplicius dum providentiam Dei, immortalitatemq; animæ, defendunt, & infinitatem in naturâ oppugnant,

& A-

& Averroes dum Deum laudibus & sacrificijs colendum tradit, axiomata concilioribus suis de æternitate mundi contraria statuunt.

32. Deniq; per æternitatem mundi tempus designari volunt, cum ajunt tres in æternitate gradus esse, unum durationem sine principio & fine simul totam in Deo. Secundum durationem rerum quantum esse perpetuum, sed successivum, in angelis, ævum propriè dicimus. Tertium durationem secundum prius & posterius, cuius principium sit, sed non finis, in mundo, quod tempus possimus appellare.

33. Epictetus & Plutarchus mundum capisse disertis verbis faciunt. Quin Galenus ipse alioqui profanus formationem humani corporis, & fætus in utero matris Dei providentia & creationi acceptam refert.


34. Quin ipse Diabolus etiam oraculo suo hanc veritatem confirmavit, quæ & ipsa omnibus terræ gentibus & populis non minus naturalis est, quam opinio de Deo ipso; cum ex creatione & ordine omnium rerum potissimum deducatur in cognitionem Dei: cui laus & gloria in æterna seculorum secula, Amen.

COROLLARIA ET AXIOMATA.

1. *Vt unitas in numero, punctum in corpore & loco, instans in motu: Sic momentum in tempore.*
2. *Plura æterna uno esse nequeunt.*
3. *Continua in infinitum dividiri non possunt.*
4. *Novum antiquum, ante post, dicitur ratione creatura, non aetatem creatoris.*







ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne viriant, ne ipsi quidem hostes Christianorum ne-

tionem illam repentinam, quâ Deorum cultus nt, ad constellationem referunt, quâ mundum c pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-
tominari supponunt, quæ vesanorum hominum
Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ,
imis sâpe religionibus imbuti, qm̄ insaniâ suam

Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-
n Chaldaicam, cum ☽ AEgyptiam, cum ☽ Mahu-
â, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias
interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ
ex fio) prius inter se insulsi & insani convenient, an-
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod ne-
x Astrologorum somnio sex esse possint Religiones
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pro-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso-
ion cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis-
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-
yanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo-
is sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-